



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 38. Ejusdem Pontificis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

§. XXXVIII.

Sæc. XVII.
A. C. 1676.*Ejusdem Pontificis gesta in Pontificatu.*

Toto Pontificatus sui tempore Clemens X. in constituenda vel revocanda Ecclesiæ disciplina omnem sollicitudinem impendit. Absolvit etiam posito primo lapide Basilicæ Liberianæ seu Mariæ Majoris fabricam, inchoatam a suo Prædecessore Clemente IX. cujus cineres ad Nobile Mausolæum a se erectum transtulit. Feliciter quoque dissidia ob præcedendi jus inter Principum Oratores exorta non sine proprii sui Nepotis dispendio composuit, Sabaudos etiam, qui cum Genuensibus circa fines regundos bello impliciti erant, ad pacis consilia inclinavit, impendensque Italiæ periculum avertit: Insuper Bernardum Christophorum Monasteriensem Episcopum, atque Electorem Colonensem Gallo foederatos contra Batavos ad quietem, irritum licet conatu, retrahere adlaborabat, sæpius ingemiscens, quod cædes, incendia, multasque calamitates inde in Christianam Rempublicam redundantes prævideret, præpedire tamen haud ultra posset: Vacuum etiam responso dimisit Moscorum Legatum, quia Du-

Palat. vit.
Pontif.
pag. 661.Vid. supra
l. 206. §. 80
pag. 676.

H 2

cem

Sæc. XVII. cem suum titulo *Cæsaris* salutari post
 A. C. 1676. labat: Lusitanum vero Oratorem Co
 mitem de Prado tanquam Legatum
 pace composita veneratus est, quam
 vis ejus Prædecessores, ne Hispani
 Regem offenderent, hunc Lusitanum
 honorem deferre recusarent. Poloni
 suppetiis valide submissis, ac decimis
 Italiæ Clero impositis tam potente
 adjuvit, ut Turcas Tartarosque non
 modo prope Cocimum funderent, sed
 trina etiam clade protritros ad ineun
 dam pacem compellerent, vi cuius
 abolito tributo, regnante Michaeli ex
 torto, Ucraina unacum potissima Po
 dolix parte Polonis restituta, & sacrum
 Christi sepulcrum extinctis omnibus in
 de motis dissidiis denuo Christianis res
 ditum fuit: Displicuit tamen Pontifici
 quod Poloni Caminieckam cum finitimi
 districtu, ejusque loci Episcopatum
 Turcis cesserint; quocirca per suum
 Nuntium adversus hunc pacis articu
 lum reclamabat, quinquies centum
 aureorum millia quotannis offerens
 quamdiu ad recuperandam hanc ditio
 nem bellum proseguere necesse foret. Ve
 rum Sobiescius Rex certam pacem
 dubio armorum successu potiore habu
 buit. Denique præter alibi memoratos
 Pontifex Beatorum numero adscriptos
 Albertum Magnum Ord. FF. Præd. &
 Lud-

Ludovicum Albertonum patria Romanum: Porro Clemens eam vivendi regendique methodum semper tenebat, ut ne quidem Protestantes, vigilantissimi Pontificum censores, quid jure carperent, ullatenus haberent: solus Weismanus illum fugillat, quod ob ætatem ad res gerendas ineptus, Cardinali Nepoti totum imperium traderit, hicque unice sub auctoritate & nomine Clementis regnarit: si autem Clemens solus regnasset, fors ab eo tanquam Vir nimium sibi confidens, & alieni consilii contemptor exagitatus fuisset. Quis corruptis horum stomachis escam ad soporem coxerit?

Sæc. XVII.
A. C. 1676.

§. XXXIX.

*Benedictus Odescalchus Cardinalis in
Papam electus, atque Innoc. XI.
nominatus.*

Justis defuncto Pontifici pro more persolutis, Romanæ Urbis servatores centum viginti aureorum millia ex arce S. Angeli ad instruendum Conclave, deficiente ærario Pontificio extrahebant: die autem secunda Augusti sexaginta quatuor Cardinales, auditis Principum Legatis, sacris comitiis initium fecere: Cuncta, quæ a Conclavium Historico referuntur, huc adducere minime

*Hist. des
Conclav.
Priorat.
Fast. Card.*

H 3

me